

Thomas Aquinas, *Summa theologiae*, Prima pars

Quaestio 13 [De divinis nominibus]

Prooemium

Consideratis his quae ad divinam cognitionem pertinent, procedendum est ad considerationem divinorum nominum, unumquodque enim nominatur a nobis, secundum quod ipsum cognoscimus. Circa hoc ergo quaeruntur duodecim. Primo, utrum Deus sit nominabilis a nobis. Secundo, utrum aliqua nomina dicta de Deo, praedicentur de ipso substantialiter. Tertio, utrum aliqua nomina dicta de Deo, proprie dicantur de ipso; an omnia attribuantur ei metaphorice. Quarto, utrum multa nomina dicta de Deo, sint synonyma. Quinto, utrum nomina aliqua dicantur de Deo et creaturis univoce, vel aequivoce. Sexto, supposito quod dicantur analogice, utrum dicantur de Deo per prius, vel de creaturis. Septimo, utrum aliqua nomina dicantur de Deo ex tempore. Octavo, utrum hoc nomen Deus sit nomen naturae, vel operationis. Nono, utrum hoc nomen Deus sit nomen communicabile. Decimo, utrum accipiatur univoce vel aequivoce, secundum quod significat Deum per naturam, et per participationem, et secundum opinionem. Undecimo, utrum hoc nomen qui est sit maxime proprium nomen Dei. Duodecimo, utrum propositiones affirmativae possint formari de Deo.

Articulus 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod nullum nomen Deo conveniat.

1. Dicit enim Dionysius, I cap. de Div. Nom., quod neque nomen eius est, neque opinio. Et Prov. XXX dicitur, *quod nomen eius, et quod nomen filii eius, si nosti?*
2. Praeterea, omne nomen aut dicitur in abstracto, aut in concreto. Sed nomina significantia in concreto, non competunt Deo, cum simplex sit, neque nomina significantia in abstracto, quia non significant aliquid perfectum subsistens. Ergo nullum nomen potest dici de Deo.
3. Praeterea, nomina significant substantiam cum qualitate; verba autem et participia significant cum tempore; pronomina autem cum demonstratione vel relatione. Quorum nihil competit Deo, quia sine qualitate est et sine omni accidente, et sine tempore; et sentiri non potest, ut demonstrari possit; nec relative significari, cum relativa sint aliquorum antedictorum recordativa, vel nominum, vel participiorum, vel pronominum demonstrativorum. Ergo Deus nullo modo potest nominari a nobis.

Sed contra est quod dicitur Exod. XV, *dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.*

Respondeo dicendum quod, secundum philosophum, voces sunt signa intellectuum, et intellectus sunt rerum similitudines. Et sic patet quod voces referuntur ad res significandas, mediante conceptione intellectus. Secundum igitur quod aliquid a nobis intellectu cognosci potest, sic a nobis potest nominari. Ostensum est autem supra quod Deus in hac vita non potest a nobis videri per suam essentiam; sed cognoscitur a nobis ex creaturis, secundum habitudinem principii, et per modum excellentiae et remotiois. Sic igitur potest nominari a nobis ex creaturis, non tamen ita quod nomen significans ipsum, exprimat divinam essentiam secundum quod est, sicut hoc nomen homo exprimit sua significatione essentiam hominis secundum quod est, significat enim eius definitionem, declarantem eius essentiam; ratio enim quam significat nomen, est definitio.

Ad primum ergo dicendum quod ea ratione dicitur Deus non habere nomen, vel esse supra nominationem, quia essentia eius est supra id quod de Deo intelligimus et voce significamus.

Ad secundum dicendum quod, quia ex creaturis in Dei cognitionem venimus, et ex ipsis eum nominamus, nomina quae Deo attribuimus, hoc modo significant, secundum quod competit creaturis materialibus, quarum cognitio est nobis connaturalis, ut supra dictum est. Et quia in huiusmodi creaturis, ea quae sunt perfecta et subsistentia sunt composita; forma autem in eis non est aliquid completum subsistens, sed magis quo aliquid est, inde est quod omnia nomina a nobis imposita ad significandum aliquid completum subsistens, significant in concrectione, prout competit compositis; quae autem imponuntur ad significandas formas simplices, significant aliquid non ut subsistens, sed ut quo aliquid est, sicut albedo significat ut quo aliquid est album. Quia igitur et Deus simplex est, et subsistens est, attribuimus ei et nomina abstracta, ad significandam simplicitatem eius; et nomina concreta, ad significandum subsistentiam et perfectionem ipsius, quamvis utraque nomina deficient a modo ipsius, sicut intellectus noster non cognoscit eum ut est, secundum hanc vitam.

Ad tertium dicendum quod significare substantiam cum qualitate, est significare suppositum cum natura vel forma determinata in qua subsistit. Unde, sicut de Deo dicuntur aliqua in concrectione, ad significandum subsistentiam et perfectionem ipsius, sicut iam dictum est, ita dicuntur de Deo nomina significantia substantiam cum qualitate. Verba vero et participia consignantia tempus dicuntur de ipso, ex eo quod aeternitas includit omne tempus, sicut enim simplicia subsistentia non possumus apprehendere et significare nisi per modum compositorum, ita simplicem aeternitatem non possumus intelligere vel voce exprimere, nisi per modum temporalium rerum; et hoc propter connaturalitatem intellectus nostri ad res compositas et temporales. Pronomina vero demonstrativa dicuntur de Deo, secundum quod faciunt demonstrationem ad id quod intelligitur, non ad id quod sentitur, secundum enim quod a nobis intelligitur, secundum hoc sub demonstratione cadit. Et sic, secundum illum modum quo nomina et participia et pronomina demonstrativa de Deo dicuntur, secundum hoc et pronomibus relativis significari potest.

Comments

The Latin *nomen* in the question “*utrum aliquod nomen Deo conveniat?*” can be translated either as “name” or “noun,” the latter suggesting grammatical considerations, which we sometimes get, as in the answer to the third objection. But the text Thomas refers to for a reminder of how words signify is in a logical work, the *Perihermeneias*. This suggests that speaking about how words signify is a logical matter, but then how does logic relate to grammar?

Both are reflexive, or second-order, considerations. We speak and talk about things before we say anything about speaking or talking as such; we first have to talk to have something to talk

about in this way, and that is what is meant by saying it is a second-order consideration. It is as if we become aware that we have been speaking prose all along.

But first of all, the logic of meaning. Words are signs of concepts, what we understand, and concepts are likenesses of things. This has been called a triadic theory: words mean things via what we conceive or know of them. But isn't conceiving or thinking a psychological activity? Do our words first signify our mental activity, something going on in our minds, and then lead on to external things? Psychology too may be described as second-order. That is, it is only after having used our minds, having thought, put things together, and the like, that we would have anything to describe.

So we have three disciplines, grammar, logic and psychology, all of which are what we are calling second-order disciplines—they all presuppose an ongoing more or less unreflective activity which they proceed to reflect upon. Of course the second-order account is an account of first-order activities.

First, then, logic. Thomas will distinguish two kinds of terms or words or names, *nomina rerum* and words which name relations which attach to things insofar as we know and name them. "Bird," "gazelle" and "tree" are examples of the first kind of name; they name things in the external world. "The cat is on the mat," describes some state of affairs in the real order. As opposed to what? If I should say, "The word 'cat' means a four footed feline given to purring," Thomas would call that meaning the *ratio nominis*. Four footed felines given to purring exist in the external world, for good or ill, but to speak *of* that quasi-definition as the *meaning* of the word "cat" is not to add another characteristic to existent cats. So too when I observe that that *ratio* is shared by all those purring beasts and "cat" as meaning that is said of them all, I can sum this up by saying "Cat is a species." Which means that it is said of many numerically different things. But to be said of many numerically different things is not a property of any cats prowling about in the world. "Species" here names a logical relation, the relation we establish between a given word, "cat", and the grasp or understanding we have. Our understanding is of things in the world, but logical relations are not features of them as they exist out there.

First-order names are called names of first intention; second order names are names of second intention. In English "having second intentions" can mean that one has come to doubt the course he has embarked on; that is not of course the meaning here.

The account of signification—words are signs of concepts and concepts are likenesses of things—is *about* words of first-intention, *nomina rerum*. Given the fact that second-order names are *about* what goes on in our minds, the way in which first-order words mean things via our understanding of them, suggests that mental activity is not a pause on the route from words to things.

1. Cat is a four-footed feline given to purring.
2. Cat is a species.
3. Cat is a noun.

These three all seem to be about the same thing, the cat. But in (1) we are saying something about cats as they exist, in (2) we are referring to what happens to the feline nature as thought by us, and in (3) we are referring to a part of speech that the word "cat" exhibits in our language.

Let this preliminary explanation suffice for now.

Talk about naming draws our attention to logical relations. Logical relations attach to natures as we know them and are attributed to them, as in (2), but only obliquely or indirectly. Obviously it is important not to confuse the predicates of (1) and (2); equally obviously, it is easy to confuse them, since both are affirmations about the cat.

We name things as we know them, then, and this is also true in the case of God. We come to know God from the things around us, he cannot be known directly by us, and so it is that we transfer words used to speak of the things around us to God.

[Deus] cognoscitur a nobis ex creaturis, secundum habitudinem principii, et per modum excellentiae et remotionis.

These three ways of knowing God will become very familiar to us in the course of Question 13. But if they are the ways we know Him, and we name things as we know them, the divine names or attributes are going to reflect these three ways of knowing Him. Many things will be said of God in the course of this question, and many of them will be said of Him insofar as He is known and named by us. That is, they will be second-order or logical remarks. The occurrence of the term *ratio* in the sense of the meaning of a word or name, will alert us to this.

But lest the argument of the article be lost, let us summarize. Words are signs of concepts which are likenesses of things. We name things as we know them. God Himself cannot be directly known by us, but He becomes known to us in three ways from our knowledge of creatures. Names are transferred from their natural habitat, so to say, to God.

And of course this raises problems. A first is considered in the answer to the first objection. Our names are either concrete or abstract; this is so because of the things we directly know, the commensurate object of our minds, sensible reality. The concrete name signifies an existent something, but as complex: “man” is something having human nature. Abstract terms, on the other hand, signify the nature as such, humanity, but we don’t say that humanity exists in the way man does: the abstract term picks out that whereby men are men. Once more complexity. But in Question 3, we learned to remove all complexity from God; He is simple. So how can either abstract or concrete names be said of God? Only with care, only by denying that the complexity belongs to Him, and concentrating on the way concrete names are used to mean something subsistent—and we want to say that of God—and abstract names suggest simplicity—and we want to say that of God—but at the expense of subsistence. In either case, speaking of God requires concentrating on what we want to say of Him—that He subsists, that He is simple—and thinking away what we will learn to call the “way of signifying,” the *modus significandi* of our words, which always ties them to complex, sensible things. “Omne nomen cum defectu est quantum ad modum significandi,” as said of God. (I SCG 30)

Ad 2m: parts of grammar

- nouns signify *substantiam cum qualitate*

- Verbs and participles signify with time

- Pronouns, demonstrative and relative, refer to what is understood.

Articulus 2

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod nullum nomen dicatur de Deo substantialiter.

1. Dicit enim Damascenus, *oportet singulum eorum quae de Deo dicuntur, non quid est secundum substantiam significare, sed quid non est ostendere, aut habitudinem quandam, aut aliquid eorum quae assequuntur naturam vel operationem.*

2. Praeterea, dicit Dionysius, I cap. de Div. Nom., *omnem sanctorum theologorum hymnum invenies, ad bonos thearchiae processus, manifestative et laudative Dei nominationes dividendum, et est sensus, quod nomina quae in divinam laudem sancti doctores assumunt, secundum processus ipsius Dei distinguuntur. Sed quod significat processum alicuius rei, nihil significat ad eius essentiam pertinens. Ergo nomina dicta de Deo, non dicuntur de ipso substantialiter.*

3. Praeterea, secundum hoc nominatur aliquid a nobis, secundum quod intelligitur. Sed non intelligitur Deus a nobis in hac vita secundum suam substantiam. Ergo nec aliquod nomen impositum a nobis, dicitur de Deo secundum suam substantiam.

Sed contra est quod dicit Augustinus, VI de Trin., *Deo hoc est esse, quod fortem esse vel sapientem esse, et si quid de illa simplicitate dixeris, quo eius substantia significatur.* Ergo omnia nomina huiusmodi significant divinam substantiam.

Respondeo dicendum quod de nominibus quae de Deo dicuntur negative, vel quae relationem ipsius ad creaturam significant, manifestum est quod substantiam eius nullo modo significant; sed remotionem alicuius ab ipso, vel relationem eius ad alium, vel potius alicuius ad ipsum. Sed de nominibus quae absolute et affirmative de Deo dicuntur, sicut bonus, sapiens, et huiusmodi, multipliciter aliqui sunt opinati.

Quidam enim dixerunt quod haec omnia nomina, licet affirmative de Deo dicantur, tamen magis inventa sunt ad aliquid removendum a Deo, quam ad aliquid ponendum in ipso. Unde dicunt quod, cum dicimus Deum esse viventem, significamus quod Deus non hoc modo est, sicut res inanimatae, et similiter accipiendum est in aliis. Et hoc posuit Rabbi Moyses.

Alii vero dicunt quod haec nomina imposita sunt ad significandum habitudinem eius ad creatura, ut, cum dicimus Deus est bonus, sit sensus, Deus est causa bonitatis in rebus. Et eadem ratio est in aliis.

Sed utrumque istorum videtur esse inconveniens, propter tria. Primo quidem, quia secundum neutram harum positionum posset assignari ratio quare quaedam nomina magis de Deo dicerentur quam alia. Sic enim est causa corporum, sicut est causa bonorum, unde, si nihil aliud significatur, cum dicitur Deus est bonus, nisi Deus est causa bonorum, poterit similiter dici quod Deus est corpus, quia est causa corporum. Item, per hoc quod dicitur quod est corpus, removetur quod non sit ens in potentia tantum, sicut materia prima. Secundo, quia sequeretur quod omnia nomina dicta de Deo, per posterius dicerentur de ipso, sicut sanum per posterius dicitur de medicina, eo quod significat hoc tantum quod sit causa sanitatis in animali, quod per prius dicitur sanum. Tertio, quia hoc est contra intentionem loquentium de Deo. Aliud enim intendunt dicere, cum dicunt Deum viventem, quam quod sit causa vitae nostrae, vel quod differat a corporibus inanimatis.

Et ideo aliter dicendum est, quod huiusmodi quidem nomina significant substantiam divinam, et praedicantur de Deo substantialiter, sed deficiunt a repraesentatione ipsius. Quod sic patet. Significant enim sic nomina Deum, secundum quod intellectus noster cognoscit ipsum. Intellectus autem noster, cum cognoscat Deum ex creaturis, sic cognoscit ipsum, secundum quod creaturae ipsum repraesentant. Ostensum est autem supra quod Deus in se praehabet omnes perfectiones creaturarum, quasi simpliciter et universaliter perfectus. Unde quaelibet creatura intantum eum repraesentat, et est ei similis, inquantum perfectionem aliquam habet, non tamen ita quod repraesentet eum sicut aliquid eiusdem speciei vel generis, sed sicut excellens principium, a cuius forma effectus deficiunt, cuius tamen aliqualem similitudinem effectus consequuntur; sicut formae corporum inferiorum repraesentant virtutem solarem. Et hoc supra expositum est, cum de perfectione divina agebatur. Sic igitur praedicta nomina divinam substantiam significant, imperfecte tamen, sicut et creaturae imperfecte eam repraesentant.

Cum igitur dicitur Deus est bonus, non est sensus, Deus est causa bonitatis, vel Deus non est malus, sed est sensus, id quod bonitatem dicimus in creaturis, praeeexistit in Deo, et hoc quidem secundum modum altiorem. Unde ex hoc non sequitur quod Deo competat esse bonum inquantum causat bonitatem, sed potius e converso, quia est bonus, bonitatem rebus diffundit, secundum illud Augustini, de Doct. Christ., *inquantum bonus est, sumus.*

Ad primum ergo dicendum quod Damascenus ideo dicit quod haec nomina non significant quid est Deus, quia a nullo istorum nominum exprimitur quid est Deus perfecte, sed unumquodque imperfecte eum significat, sicut et creaturae imperfecte eum repraesentant.

Ad secundum dicendum quod in significatione nominum, aliud est quandoque a quo imponitur nomen ad significandum, et id ad quod significandum nomen imponitur, sicut hoc nomen lapis imponitur ab eo quod laedit pedem, non tamen imponitur ad hoc significandum quod significet laedens pedem, sed ad significandam quandam speciem corporum; alioquin omne laedens pedem esset lapis. Sic igitur dicendum est quod huiusmodi divina nomina imponuntur quidem a processibus deitatis, sicut enim secundum diversos processus perfectionum, creaturae Deum repraesentant, licet imperfecte; ita intellectus noster, secundum unumquemque processum, Deum cognoscit et nominat. Sed tamen haec nomina non imponit ad significandum ipsos processus, ut, cum dicitur Deus est vivens, sit sensus, ab eo procedit vita, sed ad significandum ipsum rerum principium, prout in eo praeexistit vita, licet eminentiori modo quam intelligatur vel significetur.

Ad tertium dicendum quod essentiam Dei in hac vita cognoscere non possumus secundum quod in se est, sed cognoscimus eam secundum quod repraesentatur in perfectionibus creaturarum. Et sic nomina a nobis imposita eam significant.

Comments

The meaning of *substantialiter* is shown by contrasting it with names said negatively, to remove something from God, and with names said relatively, to relate God to creatures. These names are not predicated of God *substantialiter*, that is, do not signify the divine substance. But names which are said *absolute et affirmative*, such as “wise” and “good” are expressive of the divine nature, the substance of God.

This has been denied in two ways: one, by interpreting such names as if they are meant to deny something of God or to remove something from Him, as if to say that God is living means that he is not non-living or not inanimate. This view is ascribed to Moses Maimonides.

Others hold the former view, that positive or affirmative attributes are meant to relate God to creatures, not to express what He is. Thus to say of God that He is good means only that He is the cause of good in creatures. And so with the other affirmative attributes.

The discussion thus implies that divine attributes are of three kinds: negative, relative and affirmative, with some suggesting that there is only one kind, negative or relative.

When the reader reflects on the discussion that God is infinite (q. 7) or immutable (q. 9), that He is eternal (non-temporal) (q. 10) and one (q. 11), he becomes aware that these are negative attributes. On the other hand, to say that God is good (q. 6), the suggestion now is, is not to say what He is, but to denominate him from His effects, sc. that He causes goodness in creatures. It is this attribute, “good”, that provides the test case here for the view that would reduce all attributes to relative or negative status.

Three reasons are advanced against this reduction:

a) neither position seems to provide us with a reason why some names are said of God rather than others. After all, God is the cause of bodies which, on the reductive view, should lead to asserting that God is a body, that is, incorporeal, viz. not potential being, like prime matter. That would be parallel to interpreting “God is good” as merely signifying that God is not evil.

b) The reductive view entails that whatever is said of God is said of Him *per posterius*, secondarily or derivatively, much as “healthy” as said of medicine means that medicine is the cause of health in the animal. This choice of “healthy” is significant, as we shall see: this is the privileged

example of the analogous use of a term, and invoking it is meant to show that calling God good is to employ a secondary meaning of the term, “cause of goodness,” which invokes *sotto voce* the question: in what? And the answer would be like: cause of health in the animal. The latter meaning, “subject of health,” is the controlling meaning of the shared term, so that when it is in play, as in calling Fido healthy, “healthy” is being applied to its primary referent, that is, to that to which it applies *per prius*, not *per posterius*. In short, on this view saying that God is good would be just like saying medicine is healthy.

c) Quite simply, the reductive views of affirmative attributes go contrary to what we mean to say when employing them. When we say that God is living we just don’t mean that he is not inanimate or that He is the cause of our life.

The view that Thomas maintains arises from these rejections and undermines all efforts to interpret his view of divine names as ultimately expressive of the fact that we just don’t know anything positive about God. This apophatic view has captured the allegiance of many. It is clearly irreconcilable with this ringing assertion:

Et ideo aliter dicendum est, quod hujusmodi quidem nomina [i.e. positive or affirmative attributes] significant substantiam divinam, et praedicantur de Deo substantialiter, sed deficiunt a repraesentatione ipsius.

That final qualification, always made, cannot be taken simply to negate what it qualifies. Rather it draws attention to the rule expressed in article 1. Our names can signify God only insofar as we know Him; but we come to knowledge of God from knowledge of creatures, and this is to know Him insofar as creatures can represent Him. We are reminded of the earlier discussion in Question 4 where God was seen to have in a simply and universally perfect way all the perfections found in creatures. A creature can be taken to represent God, to be similar to Him, insofar as it has some perfection.

The underlying principle is captured in the maxim: *omne agens agit sibi simile*. Its effects are similar to the cause that brings them about. Sometimes, the similarity of the effect involves inclusion in the species or genus that contains the cause. In the case of the divine causality, effects are similar to him, not generically or specifically, but as relating to an *excellens principium* from which the forms of the effects will always fall short (*deficiunt*). A parallel is suggested in the causality of the sun with reference to terrestrial bodies, which have a certain likeness to the solar cause. Thomas’s intended reader will be reminded of the discussion of equivocal, as opposed to univocal, causes in Aristotle, although this terminology will not be expressly employed until the first objection in article 5 is discussed.

And, underscoring the importance he attaches to it, Thomas repeats what he takes to be the truth of the matter: “Sic igitur praedicta nomina divinam substantiam significant: imperfecte tamen, sicut et creaturae imperfecte eam repraesentant.” Our hope that more will be said of the source of this imperfection will be rewarded as the discussion continues.

So how should we interpret “God is good” understood *substantialiter*, and not merely negatively or relatively? Its sense is this: that which we call goodness in creature preexists in God but in a higher way (*modus*). Against the merely causal interpretation, Thomas observes that God is not good because he causes goodness; rather it is because He is goodness that he causes goodness in things. “Insofar as He is good,” Augustine observed, “we are.”

The second objection invokes the authority of the Dionysius of the *De divinis nominibus* to put forward the view that the divine names signify the processions from God, his causal activity on creatures. But to denominate an agent from what he causes is not to signify that agent *substantialiter*.

Id a quo et id ad quod nomen imponitur ad significandum

Since we name God according as we know him, and we come to know Him from creatures, how else could we name Him save from these effects? The objection seems unanswerable. Thomas addresses it by making a distinction between that from which a name is imposed to signify and that which it is imposed to signify. What does the distinction mean? It is explained by appealing to the term *lapis*, stone. This name is taken to be drawn from the fact that a stone can be an impediment, something against which we stumble, but the term “stone” does not mean that, but rather a certain kind of body—otherwise anything we stumble on would be a stone. So too it is with the divine names. They are imposed to signify from what proceeds from God (a processibus deitatis), creatures who represent God since they, as his effects, are like Him, although imperfectly. God is known and named from each such effect. But as is the case with the presumed etymology of “stone,” such names do not signify that from which they are imposed to signify, since they are used to mean the very principle or cause of things. For example, when we say that “God is living” we do not mean simply that living things are caused by Him, although the use or imposition of the name takes off from them; what we mean to say and signify is the principle of living things insofar as life preexists in Him, although in a more eminent way than can be understood or meant.

The third objection expresses the agnostic temptation. Something is signified by us to the degree that we know it. But we cannot understand God in this life as He is (*secundum suam substantiam*). It seems to follow that no name imposed by us could be expressive of the divine substance.

In reply, Thomas of course concedes that the divine essence cannot be known by us in this life as it is in itself. Nonetheless, we do know him, what He is, to the degree that he is represented in created perfections. And so it is that names imposed by us signify Him.

Articulus 3

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod nullum nomen dicatur de Deo proprie.

1. Omnia enim nomina quae de Deo dicimus, sunt a creaturis accepta, ut dictum est. Sed nomina creaturarum metaphorice dicuntur de Deo, sicut cum dicitur Deus est lapis, vel leo, vel aliquid huiusmodi. Ergo omnia nomina dicta de Deo, dicuntur metaphorice.

2. Praeterea, nullum nomen proprie dicitur de aliquo, a quo verius removetur quam de eo praedicatur. Sed omnia huiusmodi nomina, bonus sapiens, et similia, verius removentur a Deo quam de eo praedicentur, ut patet per Dionysium, II cap. Cael. Hier. Ergo nullum istorum nominum proprie dicitur de Deo.

3. Praeterea, nomina corporum non dicuntur de Deo nisi metaphorice, cum sit incorporeus. Sed omnia huiusmodi nomina implicant quasdam corporales conditiones, significant enim cum tempore, et cum compositione, et cum aliis huiusmodi, quae sunt conditiones corporum. Ergo omnia huiusmodi nomina dicuntur de Deo metaphorice.

Sed contra est quod dicit Ambrosius, in Lib. II de fide, *sunt quaedam nomina, quae evidenter proprietatem divinitatis ostendunt; et quaedam quae perspicuam divinae maiestatis exprimunt veritatem; alia vero sunt, quae translative per similitudinem de Deo dicuntur*. Non igitur omnia nomina dicuntur de Deo metaphorice, sed aliqua dicuntur proprie.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, Deum cognoscimus ex perfectionibus procedentibus in creaturas ab ipso; quae quidem perfectiones in Deo sunt secundum eminentiorem modum quam in creaturis. Intellectus autem noster eo modo apprehendit eas, secundum quod sunt in creaturis, et secundum quod apprehendit, ita significat per nomina. In nominibus igitur quae Deo attribuimus, est duo considerare, scilicet, perfectiones ipsas significatas, ut bonitatem, vitam, et huiusmodi; et modum significandi. Quantum igitur ad id quod significant huiusmodi nomina, proprie competunt Deo, et magis proprie quam ipsis creaturis, et per prius dicuntur de eo. Quantum vero ad modum significandi, non proprie dicuntur de Deo, habent enim modum significandi qui creaturis competit.

Ad primum ergo dicendum quod quaedam nomina significant huiusmodi perfectiones a Deo procedentes in res creatas, hoc modo quod ipse modus imperfectus quo a creatura participatur divina perfectio, in ipso nominis significato includitur, sicut lapis significat aliquid materialiter ens, et huiusmodi nomina non possunt attribui Deo nisi metaphorice. Quaedam vero nomina significant ipsas perfectiones absolute, absque hoc quod aliquis modus participandi claudatur in eorum significatione, ut ens, bonum vivens, et huiusmodi, et talia proprie dicuntur de Deo.

Ad secundum dicendum quod ideo huiusmodi nomina dicit Dionysius negari a Deo, quia id quod significatur per nomen, non convenit eo modo ei, quo nomen significat, sed excellentiori modo. Unde ibidem dicit Dionysius quod Deus est super omnem substantiam et vitam.

Ad tertium dicendum quod ista nomina quae proprie dicuntur de Deo important conditiones corporales, non in ipso significato nominis, sed quantum ad modum significandi. Ea vero quae metaphorice de Deo dicuntur, important conditionem corporalem in ipso suo significato.

Comments

Just as the meaning of substantialiter was established by contrasting it with names that signify negatively or relatively, so proprie is explained by contrasting it with the metaphorical or improprie. “Non igitur omnia nomina dicuntur de Deo metaphorice, sed aliqua dicuntur proprie.” (Sed contra)

If all names said of God are drawn from prior application to creatures, it would seem that they are all metaphorical. After all, “metaphor” involves a *metapherein* or transfer, and names are transferred from creatures to God. Perhaps this is why Dionysius says that such attributes as “good” and “wise” are more truly denied of God than affirmed of Him. (Obj. 2) Names of corporeal things are said of God metaphorically, but the original signification of all our names, given their origin in sense experience, ties them to corporeal things. How then can any divine name escape being used metaphorically?

Rather than skirting around the source of these objections, Thomas begins by insisting on it. We know God from the perfections He causes in creatures, perfections which exist in God in a more eminent way than they do in creatures.

Intellectus autem noster eo modo apprehendit eas, secundum quod sunt in creaturis, et secundum quod apprehendit, ita significat per nomina,

The epistemological and linguistic priority of the signification of such names derives from their signifying created perfections. How then can any divine name be other than metaphorical?

Id quod significatur et modus significandi eam

Thomas now introduces a crucial distinction, that between what a word signifies, the perfection, such as goodness, life and the like, and the way the perfection is signified. While the mode of signifying of all divine names will reflect their epistemological origin, in the case of such names as “good” and “living” the perfection signified by the name belongs properly to God (*proprie*) and indeed such names are said first of all (*per prius*) of Him. “Quantum vero ad modum significandi, non proprie dicuntur de Deo, habent enim modus significandi qui creaturis competit.” As Thomas has said in I *Summa contra gentes* 30, “Omne nomen cum defectu est quantum ad modum significandi.”

But if such names—“good,” “living,” and the like—involve a way of signifying a perfection that ties them to creatures, how can that be overcome when they are applied to God such that they are properly so applied and, indeed, said first of all of Him?

We must consider how such names are distinguished from others which are admittedly used only metaphorically of God. Divine names are metaphors when the creaturely way of participating in the divine perfection is included in what the word means, its *id quod significatur*. Thus the word “stone” includes in its very meaning something that exists materially (*aliquid materialiter ens*). Such a word can only be used metaphorically of God, since there is no way corporeality can be said properly of Him. As the parenthetical phrase indicates, if the stone were called simply a being (*ens*), it would be another story.

By contrast with such terms which can only be attributed to God metaphorically, there are others which signify a perfection *absolute*: that is, which do not involve in their principal meaning (*id quod significatur*) any mode of having or participating in that perfection. “Quaedam vero nomina significant ipsas perfectiones absolute, absque hoc quod aliquis modus participandi claudatur in eorum significationem ut ens, bonum, vivens, et hujusmodi: et talia proprie dicuntur de Deo.”

The *ratio* of any name, what it signifies, will always be complex, as is clear in the privileged instance when that ratio is the definition of the thing. To call a car an automobile does not take us anywhere if we are interested in knowing what a car is. The answer merely puts off the evil day. The distinction between what a word signifies and how it signifies it is a variation on this. But if the way the perfection is signified is the creaturely mode, even if the perfection does not involve a created mode of participating in the perfection, we seem to be faced with the need to say both that such an attribute as “wise” is said properly of God, *quantum ad rem significatam*, and that it is said improperly of Him, *quantum ad modum significandi*. Nonetheless, we can still distinguish such attributes from metaphors which involve creaturely limitation both in the *res significata* and in the *modus significandi*.

But that does not capture sufficiently what we are being told. Another mode of signifying the perfection seems called for when such terms are applied to God. Dionysius suggested some such progression as follows.

1. God is wise.
2. God is not wise.
3. God is wise in a more eminent mode.

But aren't 1 (the *via affirmationis*) and 2 (the *via negationis*) contradictory? To say both would seem to be to say nothing. But when the affirmation in 1 is taken to bear on the *res significata*, and the negation in 2 on the creaturely *modus significandi*, the two do not relate as contradictories. Furthermore, the negation of the creaturely mode is the basis for introducing the so-to-say divine mode (*excellentiore modus*; “super omnem substantiam et vitam,” in Dionysius’s phrase: the *via eminentiae*). This process would seem to be implicit in understanding any attribute which is said properly and not metaphorically of God. The effort to free the perfection from the created mode in

which we first become aware of it, and talk about it, must take into account the way the creaturely mode clings to our language. What was said earlier about the way in which concrete and abstract terms signify is obviously relevant here. When we call God “wisdom” we seem to escape from the creaturely mode of signification which ties the perfection down to an acquired characteristic of a subject distinct from that characteristic, as we understand “wise” in “Socrates is wise.” But of course abstract terms involve their own creaturely mode of signifying: wisdom is that whereby wise men are wise. So once again there is a mode of signifying that has to be denied of God: in “God is wisdom,” wisdom does not mean some perfection thanks to which He is wise, as if He were one thing and His wisdom another. This makes it clear that the remark that *omne nomen cum defectu est quantum ad modum significandi* applies to abstract as well as concrete nouns.

Articulus 4

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod ista nomina dicta de Deo, sint nomina synonyma.

1. Synonyma enim nomina dicuntur, quae omnino idem significant. Sed ista nomina dicta de Deo, omnino idem significant in Deo, quia bonitas Dei est eius essentia, et similiter sapientia. Ergo ista nomina sunt omnino synonyma.
2. Si dicatur quod ista nomina significant idem secundum rem, sed secundum rationes diversas, contra, ratio cui non respondet aliquid in re, est vana; si ergo istae rationes sunt multae, et res est una, videtur quod rationes istae sint vanae.
3. Praeterea, magis est unum quod est unum re et ratione, quam quod est unum re et multiplex ratione. Sed Deus est maxime unus. Ergo videtur quod non sit unus re et multiplex ratione. Et sic nomina dicta de Deo non significant rationes diversas, et ita sunt synonyma.

Sed contra, omnia synonyma, sibi invicem adiuncta, negationem adducunt, sicut si dicatur vestis indumentum. Si igitur omnia nomina dicta de Deo sunt synonyma, non posset convenienter dici Deus bonus, vel aliquid huiusmodi; cum tamen scriptum sit Ierem. XXXII, *fortissime, magne, potens, dominus exercituum nomen tibi.*

Respondeo dicendum quod huiusmodi nomina dicta de Deo, non sunt synonyma. Quod quidem facile esset videre, si diceremus quod huiusmodi nomina sunt inducta ad removendum, vel ad designandum habitudinem causae respectu creaturarum, sic enim essent diversae rationes horum nominum secundum diversa negata, vel secundum diversos effectus connotatos. Sed secundum quod dictum est huiusmodi nomina substantiam divinam significare, licet imperfecte, etiam plane apparet, secundum praemissa, quod habent rationes diversas. Ratio enim quam significat nomen, est conceptio intellectus de re significata per nomen. Intellectus autem noster, cum cognoscat Deum ex creaturis, format ad intelligendum Deum conceptiones proportionatas perfectionibus procedentibus a Deo in creaturas. Quae quidem perfectiones in Deo praeexistunt unite et simpliciter, in creaturis vero recipiuntur divise et multipliciter. Sicut igitur diversis perfectionibus creaturarum respondet unum simplex principium, repraesentatum per diversas perfectiones creaturarum varie et multipliciter; ita variis et multiplicibus conceptibus intellectus nostri respondet unum omnino simplex, secundum huiusmodi conceptiones imperfecte intellectum. Et ideo nomina Deo attributa, licet significant unam rem, tamen, quia significant eam sub rationibus multis et diversis, non sunt synonyma

Et sic patet solutio ad primum, quia nomina synonyma dicuntur, quae significant unum secundum unam rationem. Quae enim significant rationes diversas unius rei, non primo et per se unum significant, quia nomen non significat rem, nisi mediante conceptione intellectus, ut dictum est.

Ad secundum dicendum quod rationes plures horum nominum non sunt cassae et vanae, quia omnibus eis respondet unum quid simplex, per omnia huiusmodi multipliciter et imperfecte repraesentatum.

Ad tertium dicendum quod hoc ipsum ad perfectam Dei unitatem pertinet, quod ea quae sunt multipliciter et divisim in aliis, in ipso sunt simpliciter et unite. Et ex hoc contingit quod est unus re et plures secundum rationem, quia intellectus noster ita multipliciter apprehendit eum, sicut res multipliciter ipsum repraesentant.

Comments

The same would have to be said if the divine attributes are taken to apply to God causaliter tantum, that is, only insofar as He causes creatured perfections. Thomas spells this out. “God is good” would then be understood to mean “God is the cause of the creature’s goodness.” Then, obviously, the term as applied to God would include the goodness of the creature in its meaning. Thomas has already rejected this interpretation in his discussion of substantialiter, but the way he states the rejection here should be noted. “Ostensum est quod hujusmodi nomina non solum dicuntur de Deo causaliter, sed etiam essentialiter.” This suggests, and the suggestion will be borne out, that a first causaliter interpretation is presupposed by the essentialiter account.

Cum enim dicitur “Deus est bonus” vel “sapiens,” non solum dicuntur de Deo causaliter; non solum significatur quod ipse sit causa sapientiae vel bonitatis, sed quod haec in eo eminentius praeexistunt.

So now we are ready for the answer to the question: when names are common to God and creature, which of them has first claim on the name? The answer is somewhat surprising.

...dicendum est quod, quantum ad rem significatam per nomen, per prius dicuntur de Deo quam de creaturis, quia a Deo hujusmodi perfectiones in creaturas manant. Sed quantum ad impositionem nominis, per prius imponuntur creaturis, quas prius cognoscimus. Unde et modum significandi habent qui competit creaturis.

The primary meaning of such a term as “good” as common to God and creatures would thus seem to be one thing if we are thinking of how the name has been imposed to signify; what has first claim on the common term in that perspective is the first and controlling meaning. God is known from creatures as from His effects, and names are transferred or extended to Him from those effects. Unless we know what goodness means as found in creatures, we do not have a basis for talking of God as good. But this causaliter interpretation of the divine attributes has been rejected again and again as sufficient. Remember Thomas’s analysis of “God is good” in article 2. Having rejected the alternatives according to which this would mean “God is the cause of goodness” or “God is

not evil,” he went on to give the correct understanding: That which we call goodness in creatures, preexists in God, and this indeed in a higher mode. That makes it clear that created goodness enters into the account of how God is called good even while the apparent implications of this are overcome by saying that the perfection grasped in creatures “*praexistit in Deo, et hoc quidem secundum modum altiore.*” Is that the way the rule for analogous names is saved in this instance?

If, on the other hand, we look to the *res significata* of such names, the perfection, e.g. goodness, this preexists in God and it is because He is goodness that He causes good things. Can the rule for analogous names be differently applied here, with the divine goodness playing the role of the primary analogate that saves the *ratio propria* and creatures denominated good from God’s goodness? Is the recognition that because God is goodness He causes created good, the created good includes in its definition the divine goodness?

These questions are of the highest importance in understanding the trajectory and term of our knowing and naming God. It is clear that we arrive at knowledge of God by coming to see that He is the cause of created perfections. The history of the use of the name, the *ordo impositionis nominis*, gives pride of place to creatures and, given our mode of knowing this could scarcely be otherwise. Philosophically speaking, knowledge of God is difficult of achievement, it presupposes and depends upon almost everything that has gone before in the various philosophical sciences. It is because our terms are extended to God on the basis of the fact that He is the cause of the perfections we first know and name, that a further question arises. At this point, we might be said to be relying on the causaliter interpretation of “God is good.” But that is now seen to be insufficient. “Good” is said *substantialiter* and *proprie* of God. Consider again the three *viae* we employed before.

God is wise.

God is not wise.

God is wise in a more eminent way than creatures.

We suggested that the *via affirmationis* is based on the *res significata*, that is what the term “good” properly means and is what is affirmed. The *via negationis*, the denial that God is good is based on the creaturely *modus significandi* of the term. If that is set aside, the perfection can then be said to exist in God in a more eminent way than it does in creatures. And what is the, so to say, divine *modus significandi*? It is expressed in comparatives that refer to the mode of signifying that is being denied. The application of our language to God cannot be severed from its origins. Thus, if we call God wisdom, the abstract term appeals because it suggests simplicity, but its mode of signifying counts against its standing for a subsistent thing.

The answer to the third objection is important. In the privileged example of “healthy,” medicine is called healthy in a secondary sense even though it is the cause of the health in the animal. Thus, the fact that God is the cause of created goodness is no argument for his receiving the term *per prius*. In response, Thomas denies the parallel because, unlike medicine called healthy as the cause of health in the animal, God is named *essentialiter*, and not just *causaliter*.

When it comes to knowledge and talk about God, the order of discovery and naming, the logical ordering of the different meanings of terms extended from creatures to God, is reversed. What is first in the order of knowing is, in this case, always ontologically last, and what is last and derivatively known is ontologically first. This is what Thomas is saying when he tells us that *secundum rem significatam*, the common term is said *per prius* of God, not of creatures.

Article 12 of Question 12 seems to underwrite the interpretation that the path to an adequate understanding of the meaning of attributes said of God properly and substantially, goes through the causal and negative understandings. Recalling that our intellectual knowledge begins with the senses, Thomas remarks that our natural knowledge can be extended beyond only if we are led by the hand (*manuductio*) from knowledge of sensible things. Knowledge of sensible things can never

lead on to knowledge of the divine nature as it is in itself because sensible things as effects are inadequate representatives of their cause.

Sed quia sunt effectus a causa dependentes, ex eis in hoc perducere possimus, ut cognoscamus de Deo *an est*; et ut cognoscamus de ipso ea quae necesse est ei convenire secundum quod est prima omnium causa, excedens omnia sua causata. Unde cognoscimus de ipso *habitudinem ipsius ad creaturas*, et differentiam creaturarum ab ipso, quod scilicet ipse non est aliquid eorum quae ab ipso causatur; et quod haec non *removetur* ab eo propter eius defectum, sed quia *supereccedit*. (Italics added)

All the *viae* come into play. And, in the end, we can apply the rule for analogous names and say that the *res significata* of the name as applied to God enters into the accounts of creatures, since they have or participate in the perfection that God is.

Articulus 7

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod nomina quae important relationem ad creaturas, non dicantur de Deo ex tempore.

1. Omnia enim huiusmodi nomina significant divinam substantiam, ut communiter dicitur. Unde et Ambrosius dicit quod hoc nomen dominus est nomen potestatis, quae est divina substantia, et creator significat Dei actionem, quae est eius essentia. Sed divina substantia non est temporalis, sed aeterna. Ergo huiusmodi nomina non dicuntur de Deo ex tempore, sed ab aeterno.
2. Praeterea, cuicumque convenit aliquid ex tempore, potest dici factum, quod enim ex tempore est album, fit album. Sed Deo non convenit esse factum. Ergo de Deo nihil praedicatur ex tempore.
3. Praeterea, si aliqua nomina dicuntur de Deo ex tempore propter hoc quod important relationem ad creaturas, eadem ratio videtur de omnibus quae relationem ad creaturas important. Sed quaedam nomina importantia relationem ad creaturas, dicuntur de Deo ab aeterno, ab aeterno enim scivit creaturam et dilexit, secundum illud Ierem. XXXI, *in caritate perpetua dilexi te*. Ergo et alia nomina quae important relationem ad creaturas, ut dominus et creator, dicuntur de Deo ab aeterno.
4. Praeterea, huiusmodi nomina relationem significant. Oportet igitur quod relatio illa vel sit aliquid in Deo, vel in creatura tantum. Sed non potest esse quod sit in creatura tantum, quia sic Deus denominaretur dominus a relatione opposita, quae est in creaturis; nihil autem denominatur a suo opposito. Relinquitur ergo quod relatio est etiam aliquid in Deo. Sed in Deo nihil potest esse ex tempore, cum ipse sit supra tempus. Ergo videtur quod huiusmodi nomina non dicantur de Deo ex tempore.
5. Praeterea, secundum relationem dicitur aliquid relative, puta secundum dominium dominus, sicut secundum albedinem albus. Si igitur relatio domini non est in Deo secundum rem, sed solum secundum rationem, sequitur quod Deus non sit realiter dominus, quod patet esse falsum.

6. Praeterea, in relativis quae non sunt simul natura, unum potest esse, altero non existente, sicut scibile existit, non existente scientia, ut dicitur in praedicamentis. Sed relativa quae dicuntur de Deo et creaturis, non sunt simul natura. Ergo potest aliquid dici relative de Deo ad creaturam, etiam creatura non existente. Et sic huiusmodi nomina, dominus et creator, dicuntur de Deo ab aeterno, et non ex tempore.

Sed contra est quod dicit Augustinus, V de Trin., quod haec relativa appellatio dominus Deo convenit ex tempore.

Respondeo dicendum quod quaedam nomina importantia relationem ad creaturam, ex tempore de Deo dicuntur, et non ab aeterno. Ad cuius evidentiam, sciendum est quod quidam posuerunt relationem non esse rem naturae, sed rationis tantum. Quod quidem apparet esse falsum, ex hoc quod ipsae res naturalem ordinem et habitudinem habent ad invicem. Veruntamen sciendum est quod, cum relatio requirat duo extrema, tripliciter se habere potest ad hoc quod sit res naturae et rationis.

Quandoque enim ex utraque parte est res rationis tantum, quando scilicet ordo vel habitudo non potest esse inter aliqua, nisi secundum apprehensionem rationis tantum, utpote cum dicimus idem eidem idem. Nam secundum quod ratio apprehendit bis aliquod unum, statuit illud ut duo; et sic apprehendit quandam habitudinem ipsius ad seipsum. Et similiter est de omnibus relationibus quae sunt inter ens et non ens; quas format ratio, inquantum apprehendit non ens ut quoddam extremum. Et idem est de omnibus relationibus quae consequuntur actum rationis, ut genus et species, et huiusmodi.

Quaedam vero relationes sunt, quantum ad utrumque extremum, res naturae, quando scilicet est habitudo inter aliqua duo secundum aliquid realiter conveniens utrique. Sicut patet de omnibus relationibus quae consequuntur quantitatem, ut magnum et parvum, duplum et dimidium, et huiusmodi, nam quantitas est in utroque extremorum. Et simile est de relationibus quae consequuntur actionem et passionem, ut motivum et mobile, pater et filius, et similia.

Quandoque vero relatio in uno extremorum est res naturae, et in altero est res rationis tantum. Et hoc contingit quandocumque duo extrema non sunt unius ordinis. Sicut sensus et scientia referuntur ad sensibile et scibile, quae quidem, inquantum sunt res quaedam in esse naturali existentes, sunt extra ordinem esse sensibilis et intelligibilis, et ideo in scientia quidem et sensu est relatio realis, secundum quod ordinantur ad sciendum vel sentiendum res; sed res ipsae in se consideratae, sunt extra ordinem huiusmodi. Unde in eis non est aliqua relatio realiter ad scientiam et sensum; sed secundum rationem tantum, inquantum intellectus apprehendit ea ut terminos relationum scientiae et sensus. Unde philosophus dicit, in V Metaphys., quod non dicuntur relative eo quod ipsa referantur ad alia, sed quia alia referuntur ad ipsa. Et similiter dextrum non dicitur de columna, nisi inquantum ponitur animali ad dextram, unde huiusmodi relatio non est realiter in columna, sed in animali.

Cum igitur Deus sit extra totum ordinem creaturae, et omnes creaturae ordinentur ad ipsum, et non e converso, manifestum est quod creaturae realiter referuntur ad ipsum Deum; sed in Deo non est aliqua realis relatio eius ad creaturas, sed secundum rationem tantum, inquantum creaturae referuntur ad ipsum. Et sic nihil prohibet huiusmodi nomina importantia relationem ad creaturam, praedicari de Deo ex tempore, non propter aliquam mutationem ipsius, sed propter creaturae mutationem; sicut columna fit dextera animali, nulla mutatione circa ipsam existente, sed animali translato.

Ad primum ergo dicendum quod relativa quaedam sunt imposita ad significandum ipsas habitudines relativas, ut dominus, servus, pater et filius, et huiusmodi, et haec dicuntur relativa secundum esse. Quaedam vero sunt imposita ad significandas res quas consequuntur quaedam habitudines, sicut movens et motum, caput et capitatum, et alia huiusmodi, quae dicuntur relativa secundum dici. Sic igitur et circa nomina divina haec differentia est consideranda. Nam quaedam significant ipsam habitudinem ad creaturam, ut dominus. Et huiusmodi non significant substantiam divinam directe, sed indirecte, inquantum praesupponunt ipsam, sicut dominium praesupponit potestatem, quae est divina substantia. Quaedam vero significant directe essentiam divinam, et ex consequenti important habitudinem; sicut salvator, creator, et huiusmodi, significant actionem Dei, quae est eius essentia. Utraque tamen nomina ex tempore de Deo dicuntur quantum ad habitudinem quam important, vel principaliter vel consequenter, non autem quantum ad hoc quod significant essentiam, vel directe vel indirecte.

Ad secundum dicendum quod, sicut relationes quae de Deo dicuntur ex tempore, non sunt in Deo nisi secundum rationem, ita nec fieri nec factum esse dicitur de Deo, nisi secundum rationem, nulla mutatione circa ipsum existente, sicut est id, “domine refugium factus es nobis.”

Ad tertium dicendum quod operatio intellectus et voluntatis est in operante, et ideo nomina quae significant relationes consequentes actionem intellectus vel voluntatis, dicuntur de Deo ab aeterno. Quae vero consequuntur actiones procedentes, secundum modum intelligendi, ad exteriores effectus, dicuntur de Deo ex tempore, ut salvator, creator, et huiusmodi.

Ad quartum dicendum quod relationes significatae per huiusmodi nomina quae dicuntur de Deo ex tempore, sunt in Deo secundum rationem tantum, oppositae autem relationes in creaturis sunt secundum rem. Nec est inconveniens quod a relationibus realiter existentibus in re, Deus denominetur, tamen secundum quod cointelliguntur per intellectum nostrum oppositae relationes in Deo. Ut sic Deus dicatur relative ad creaturam, quia creatura refertur ad ipsum, sicut philosophus dicit, in V Metaphys., quod scibile dicitur relative, quia scientia refertur ad ipsum.

Ad quintum dicendum quod, cum ea ratione referatur Deus ad creaturam, qua creatura refertur ad ipsum; cum relatio subiectionis realiter sit in creatura, sequitur quod Deus non secundum rationem tantum, sed realiter sit dominus. Eo enim modo dicitur dominus, quo creatura ei subiecta est.

Ad sextum dicendum quod, ad cognoscendum utrum relativa sint simul natura vel non, non oportet considerare ordinem rerum de quibus relativa dicuntur, sed significationes ipsorum relativorum. Si enim unum in sui intellectu claudat aliud et e converso, tunc sunt simul natura, sicut duplum et dimidium, pater et filius, et similia. Si autem unum in sui intellectu claudat aliud, et non e converso, tunc non sunt simul natura. Et hoc modo se habent scientia et scibile. Nam scibile dicitur secundum potentiam, scientia autem secundum habitum, vel secundum actum. Unde scibile, secundum modum suae significationis, praeexistit scientiae. Sed si accipiatur scibile secundum actum, tunc est simul cum scientia secundum actum, nam scitum non est aliquid nisi sit eius scientia. Licet igitur Deus sit prior creaturis, quia tamen in significatione domini clauditur quod habeat servum, et e converso, ista duo relativa, dominus et servus, sunt simul natura. Unde Deus non fuit dominus, antequam haberet creaturam sibi subiectam..

Comments

To this point, Thomas has been concentrating on positive divine attributes, those said of God substantialiter and proprie, although the discussion has necessarily included the comparison of these with negative and relative attributes. Now Thomas turns to a question bearing on attributes which relate God to creatures, asking if all of these involve time. That is, are not said of Him *ab aeterno*.

He prefaces the discussion with a little treatise on relation. Some, he notes, have denied that relations are real, seeking to explain them simply in terms of the way we in thinking about them relate things to one another. This is set aside as manifestly false. There is a natural order of things, quite independent of our thinking about it, in which things are really related to one another, for example as effects to causes. Nonetheless, the denial raises an important issue which must be addressed.

Any relation involves at least two terms, and there are three ways in which a relation may be something real or a result of our way of thinking about things.

1. There are relations in which both terms are related by reason alone. The things are only related because of the way we think about them. For example, when a thing is said to be the same as itself: “Socrates is Socrates.” It is only because we think of a thing twice, as two, that it can be related to itself and called the same. Call these relations of reason alone. There are other examples given, the way being is related to non-being, where we think of nothing as something. “Et idem est de omnibus relationibus quae consequuntur actum rationis, ut genus, species, et hujusmodi.” All logical relations, that is.

2. There are relations which are real with respect to both terms, as when the relation depends on something in both. These are exemplified by relations which follow on quantity: large and small, double and half, since quantity is in both terms. So too with relations which follow on action and passion, such as moved and mover, father and son, and the like.

3. Finally there are relations which are really in one term and in the other are only of reason. This happens when the terms belong to different orders. Sense is related to sensibilia, knowledge to known things, but perception and thought are of a different order than existent things. That is why, although sense is really related to the things sensed, and knowledge to the things known, the reverse is not true: material things are not really related to sensation anymore than they are to knowledge. So we have a relation that is real with respect to one term—the knower is really related to what he knows—and merely of reason when the known is related to the knower.

It is this third kind of relation that is pertinent to the present discussion. God exists outside of and apart from the whole created order; creatures are really related to Him, but God is not really related to them. Of course we do relate God to creatures, but this is a relation of reason which is the reverse of the real relation of creatures to Him. It is these relations of reason attributed to God that involve time, not because He is measured by time, but because creatures are. Thomas illustrates with what Peter Geach called a “Cambridge change.” A tree comes to be to the right of Fido, not because the tree moved, but because Fido did.

Et sic nihil prohibet hujusmodi nomina importantia relationem ad creaturam, praedicari de Deo ex tempore: non propter aliquam mutationem ipsius, sed propter creaturae mutationem; sicut columna fit dextera animali, nulla mutatione circa ipsam existente, sed animali translato.

Relativa secundum esse, relativa secundum dici

Some names are imposed to signify the relation itself, as for example “Master,” “servant,” “father” and “son,” and the like, These are called *relativa secundum esse*. But sometimes names are imposed to signify the things in which relations are founded, not the relations as such, as with “mover” and “moved.” These are called *relativa secundum dici*.

This distinction enables us to distinguish the divine names which signify the very relation to creatures, such as “Lord” from those which directly signify the divine essence and only consequently imply a relation to creatures, such as “Savior,” “Creator” and the like. Relative attributes of the first kind only indirectly signify the divine substance insofar as the relations presuppose it. The second kind of relative attribute signifies the activity of God, but that is identical with His essence. Both kinds of relative attribute involve time with respect to the relation involved, whether it is principally signified or implied in what is signified. That they signify the divine essence directly or indirectly is not relevant to the question of temporality.

But what of the divine knowledge of creatures? Is this not eternal? Surely He is not to be thought of as knowing creatures only when He actually creates them. Thomas replies (ad 3m), that operations of will and intellect are in the agent, and therefore the names which signify relations consequent on the acts of His will or intellect are said of Him from all eternity. Those consequent relations relate God to creatures, as when He is called “Savior” or “Creator” and they are temporal, not eternal, but involve of course only relations of reason on His part.

The answer to the 6th objection provides a test for determining whether one is confronted with an example of type 2 or 3 above. If one of the relata is included in the definition of the other, but the reverse is not true, then we have an example of the third type of relation. One sees the relevance of this for saying that God is the per prius of names said analogously of Him and creatures.

Articulus 8

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod hoc nomen Deus non sit nomen naturae.

1. Dicit enim Damascenus, in I libro, quod *Deus dicitur a “thein” quod est currere, et fovere universa; vel ab “aethin,” idest ardere (Deus enim noster ignis consumens est omnem malitiam); vel a “theasthai,” quod est considerare, omnia.* Haec autem omnia ad operationem pertinent. Ergo hoc nomen Deus operationem significat, et non naturam.

2. Praeterea, secundum hoc aliquid nominatur a nobis, secundum quod cognoscitur. Sed divina natura est nobis ignota. Ergo hoc nomen Deus non significat naturam divinam.

Sed contra est quod dicit Ambrosius, in libro I de fide, quod Deus est nomen naturae.

Respondeo dicendum quod non est semper idem id a quo imponitur nomen ad significandum, et id ad quod significandum nomen imponitur. Sicut enim substantiam rei ex proprietatibus vel operationibus eius cognoscimus, ita substantiam rei denominamus quandoque ab aliqua eius operatione vel proprietate, sicut substantiam lapidis denominamus ab aliqua actione eius, quia laedit pedem; non tamen hoc nomen impositum est ad significandum hanc actionem, sed substantiam lapidis. Si qua vero sunt quae secundum se sunt nota nobis, ut calor, frigus, albedo, et huiusmodi, non ab aliis denominantur. Unde in talibus idem est quod nomen significat, et id a quo imponitur nomen ad significandum.

Quia igitur Deus non est notus nobis in sui natura, sed innotescit nobis ex operationibus vel effectibus eius, ex his possumus eum nominare, ut supra dictum est. Unde hoc nomen Deus est nomen operationis, quantum ad id a quo imponitur ad significandum. Imponitur enim hoc nomen ab universali rerum providentia, omnes enim loquentes de Deo, hoc intendunt nominare Deum, quod habet providentiam universalem de rebus. Unde dicit Dionysius, XII cap. de Div. Nom., quod “deitas est quae omnia videt providentia et bonitate perfecta.” Ex hac autem operatione hoc nomen Deus assumptum, impositum est ad significandum divinam naturam.

Ad primum ergo dicendum quod omnia quae posuit Damascenus, pertinent ad providentiam, a qua imponitur hoc nomen Deus ad significandum.

Ad secundum dicendum quod, secundum quod naturam alicuius rei ex eius proprietatibus et effectibus cognoscere possumus, sic eam nomine possumus significare. Unde, quia substantiam lapidis ex eius proprietate possumus cognoscere secundum seipsam, sciendo quid est lapis, hoc nomen lapis ipsam lapidis naturam, secundum quod in se est, significat, significat enim definitionem lapidis, per quam scimus quid est lapis. Ratio enim quam significat nomen, est definitio, ut dicitur in IV Metaphys. Sed ex effectibus divinis divinam naturam non possumus cognoscere secundum quod in se est, ut sciamus de ea quid est; sed per modum eminentiae et causalitatis et negationis, ut supra dictum est. Et sic hoc nomen Deus significat naturam divinam. Impositum est enim nomen hoc ad aliquid significandum supra omnia existens, quod est principium omnium, et remotum ab omnibus. Hoc enim intendunt significare nominantes Deum.

Comments

The next three questions are devoted to the name “God” itself, and Thomas first asks if “God” signifies the divine nature. That may seem to be a strange question, until we see the difficulty that a passage in St. John Damascene poses. Theos is derived from Theiein which suggests a universal overseeing, or perhaps from athein, meaning to burn, suggesting the fire that burns away malignancy, or perhaps it comes from theasthai, which is to consider all things. In any case, “God” seems to signify an activity, not the divine nature as such. And this is unsurprising when we think again of the origin of the divine names: we name as we know, but the divine nature is unknown to us.

Despite such difficulties, Thomas will defend the thesis that “God” signifies the divine nature.

He begins by invoking a distinction with which we are now well acquainted, that between the id a quo nomen imponitur, that from which a name is imposed to signify, and the id ad quod nomen imponitur, what the name signifies. We know any substance from its properties and activities, and so it is that a substance is often named from these. The example invoked is equally familiar to us now: lapis, or stone. The term is taken, imposed to signify, from the fact that a stone may injure the foot, prove a stumbling block or impediment; but that is not what the name means—it means the substance, the rock itself.

Thomas now makes clear why he said that quandoque there is that difference between the id a quo, and the id ad quod nomen imponitur ad significandum. These will differ only when that from which we impose the name is more obvious to us than that on which we impose the name. But this is not only the case. The objects of the external senses, cold and heat for the sense of touch, whiteness and other colors for sight, are not designated or named from anything else, since there could scarcely be anything more obvious than they. “Unde in talibus idem est quod nomen significat, et id a quo nomen imponitur ad significandum.”

God of course is not known to us in His very nature, but comes to be known through his activities and effects, and it is through these that we are able to name Him. Now Thomas can pay deference to Damascene even while differing from him. “God” is indeed a name of the divine activity with respect to that from which the name is imposed to signify. It is drawn from God’s universal providence, his overseeing the whole of creation. “Everyone speaking of God intends to name this by ‘God,’ namely that he has universal providence over things.” It is from this activity that “God” is imposed to signify the divine nature.

This article shows the fecundity of the distinction between the *id a quo* and the *id ad quod* of the name. One who has absorbed the preceding articles would doubtless have been able to provide this answer unguided by Thomas.

In the reply to the second objection—that the divine nature is unknown to us and therefore “God” cannot signify it—Thomas employs the same distinction, but first he underscores the vast difference between our knowing such substances as stones and knowing the substance or nature of God. The activities of a natural substance can be a pretty safe route to capturing the kind of thing it is, grounding the definition which in another by now familiar phrase is the *ratio quam significat nomen*. When he turns to the knowledge we can acquire of the divine substance, Thomas gives a succinct summary of the way certain interpretations of the divine attributes—negative, causal, substantial—at first simply contrasted with one another, come to seem moments in our effort to know and name God.

Sed ex effectibus divinis divinam naturam non possimus cognoscere secundum quod in se est, ut sciamus de ea quid est; sed per modum eminentiae et causalitatis et negationis. Et sic nomen Deus significat naturam divinam. Impositum est enim nomen hoc ad aliquid significandum supra omnia existens, quod est principium omnium, et remotum ab omnibus.

This is what those naming God intend the term to signify. “God” signifies the divine nature, not a divine activity.

Articulus 9

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod hoc nomen Deus sit communicabile.

1. Cuicumque enim communicatur res significata per nomen, communicatur et nomen ipsum. Sed hoc nomen Deus, ut dictum est, significat divinam naturam, quae est communicabilis aliis, secundum illud II Pet. I, *magna et pretiosa promissa nobis donavit, ut per hoc efficiamur divinae consortes naturae*. Ergo hoc nomen Deus est communicabile.

2. Praeterea, sola nomina propria non sunt communicabilia. Sed hoc nomen Deus non est nomen proprium, sed appellativum, quod patet ex hoc quod habet plurale, secundum illud Psalmi LXXXI, *ego dixi, dii estis*. Ergo hoc nomen Deus est communicabile.

3. Praeterea, hoc nomen Deus imponitur ab operatione, ut dictum est. Sed alia nomina quae imponuntur Deo ab operationibus, sive ab effectibus, sunt communicabilia, ut bonus, sapiens et huiusmodi. Ergo et hoc nomen Deus est communicabile.

Sed contra est quod dicitur Sap. XIV, *incommunicabile nomen lignis et lapidibus imposuerunt; et loquitur de nomine deitatis*. Ergo hoc nomen Deus est nomen incommunicabile.

Respondeo dicendum quod aliquod nomen potest esse communicabile dupliciter, uno modo, proprie; alio modo, per similitudinem. Proprie quidem communicabile est, quod secundum totam significationem nominis, est communicabile multis. Per similitudinem autem communicabile est, quod est communicabile secundum aliquid eorum quae includuntur in nominis significatione. Hoc enim nomen leo proprie communicatur omnibus illis in quibus invenitur natura quam significat hoc nomen leo, per similitudinem vero communicabile est illis qui participant aliquid leoninum, ut puta audaciam vel fortitudinem, qui metaphorice leones dicuntur.

Ad sciendum autem quae nomina proprie sunt communicabilia, considerandum est quod omnis forma in supposito singulari existens, per quod individuatur, communis est multis, vel secundum rem vel secundum rationem saltem, sicut natura humana communis est multis secundum rem et rationem, natura autem solis non est communis multis secundum rem, sed secundum rationem tantum; potest enim natura solis intelligi ut in pluribus suppositis existens. Et hoc ideo, quia intellectus intelligit naturam cuiuslibet speciei per abstractionem a singulari, unde esse in uno supposito singulari vel in pluribus, est praeter intellectum naturae speciei, unde, servato intellectu naturae speciei, potest intelligi ut in pluribus existens. Sed singulare, ex hoc ipso quod est singulare, est divisum ab omnibus aliis. Unde omne nomen impositum ad significandum aliquid singulare, est incommunicabile et re et ratione, non enim potest nec in apprehensione cadere pluralitas huius individui. Unde nullum nomen significans aliquid individuum, est communicabile multis proprie, sed solum secundum similitudinem; sicut aliquis metaphorice potest dici Achilles, inquantum habet aliquid de proprietatibus Achillis, scilicet fortitudinem.

Formae vero quae non individuantur per aliquid suppositum, sed per seipsas (quia scilicet sunt formae subsistentes), si intelligerentur secundum quod sunt in seipsis, non possent communicari nec re neque ratione; sed forte per similitudinem, sicut dictum est de individuis. Sed quia formas simplices per se subsistentes non possumus intelligere secundum quod sunt, sed intelligimus eas ad modum rerum compositarum habentium formas in materia; ideo, ut dictum est, imponimus eis nomina concreta significantia naturam in aliquo supposito. Unde, quantum pertinet ad rationem nominum, eadem ratio est de nominibus quae a nobis imponuntur ad significandum naturas rerum compositarum, et de nominibus quae a nobis imponuntur ad significandum naturas simplices subsistentes.

Unde, cum hoc nomen Deus impositum sit ad significandum naturam divinam, ut dictum est; natura autem divina multiplicabilis non est, ut supra ostensum est, sequitur quod hoc nomen Deus incommunicabile quidem sit secundum rem, sed communicabile sit secundum opinionem, quemadmodum hoc nomen sol esset communicabile secundum opinionem ponentium multos soles. Et secundum hoc dicitur Gal. IV, “his qui natura non sunt dii, serviebatis;” Glossa, “non sunt dii natura, sed opinione hominum.” Est nihilominus communicabile hoc nomen Deus, non secundum suam totam significationem, sed secundum aliquid eius, per quandam similitudinem, ut dii dicantur, qui participant aliquid divinum per similitudinem, secundum illud, “ego dixi, dii estis.” Si vero esset aliquid nomen impositum ad significandum Deum non ex parte naturae, sed ex parte suppositi, secundum quod consideratur ut hoc aliquid, illud nomen esset omnibus modis incommunicabile, sicut forte est nomen tetragrammaton apud Hebraeos. Et est simile si quis imponeret nomen soli designans hoc individuum.

Ad primum ergo dicendum quod natura divina non est communicabilis nisi secundum similitudinis participationem.

Ad secundum dicendum quod hoc nomen Deus est nomen appellativum, et non proprium, quia significat naturam divinam ut in habente; licet ipse Deus, secundum rem, non sit nec universalis

nec particularis. Nomina enim non sequuntur modum essendi qui est in rebus, sed modum essendi secundum quod in cognitione nostra est. Et tamen, secundum rei veritatem, est incommunicabile, secundum quod dictum est de hoc nomine sol.

Ad tertium dicendum quod haec nomina bonus, sapiens, et similia, imposita quidem sunt a perfectionibus procedentibus a Deo in creaturas, non tamen sunt imposita ad significandum divinam naturam, sed ad significandum ipsas perfectiones absolute. Et ideo etiam secundum rei veritatem sunt communicabilia multis. Sed hoc nomen Deus impositum est ab operatione propria Deo, quam experimur continue, ad significandum divinam naturam..

Comments

The second question Thomas raises about the name “God” is whether or not it is shareable, that is predicably common to many things. That he will argue that “God” is an incommunicable name will not surprise, nonetheless there are marvelous surprises on the way to defending that thesis.

He begins with a distinction between two ways in which a name can be shared or communicable: properly and by similarity with what is properly named.

A name is shared *proprie* by those of which it is said according to its complete meaning (*secundum totam significationem nominis*). Every member of a pride of lions is called a lion and the term is predicated univocally of each, that is, according to its complete definition or meaning.

A name is shared *per similitudinem*, because of similarity with what it properly names, if something included in the meaning of the name comes into play.

The first sort of predicable sharing is illustrated, as I have anticipated, with “lion.” I don’t have at my fingertips a definition of “lion” but what Thomas would have in mind when he speaks of a definition is locating the definiendum in a genus and then assigning the difference that sets it off from other beasts that share the genus. Thus, when “lion” is said to be shareable according to some part of that meaning, we might think that Thomas means the genus or difference. But that clearly is not what he has in mind.

A synonym for the word shareable because of similarity with what the word properly names is metaphor. What does “lion” means in “The lion of the tribe of Judah?” Thomas now clarifies the account given above of words shareable by similarity as applied to this example and says the name is given to those which participate or share something leonine (*illis qui participant aliquid leoninum*). How so? Because they manifest boldness or courage. Boldness and courage are associated with the beasts of which “lion” is univocally predicated, but these characteristics do not enter into what Thomas would take to be their definition. The metaphorical sharing of the common term is thus based on something outside the meaning, but associated with the things of which the term is properly said. It is in thinking of those characteristics, and not of the definition as such, that we find the metaphor apt.

Proper Names

That Thomas now goes on to ask whether proper names are shareable could suggest to us that he has been caught up in a tangent, has been reminded of odd items of logical lore, and just feeds them into the discussion. If we think this, shame on us. This is the *Summa theologiae*. There are no sideshows, pointless tangents, confusing pile-ups of arcane information of dubious relevance to what is at issue. This will emerge.

Every form that is individuated by matter is common to many, either really or at least according to reason. Human nature, the form thanks to which men are men, is common to many both really

and according to reason. What is the meaning of this double sense of community? Well, Thomas takes the nature of the sun to be found only in the sun: it is not common to many, really, but it can be according to reason. That is, it is signified in the same way as natures which are really common and thus we can think of it as common as they are. Does Thomas take “Sun” to be the proper name of that bright star ninety-three million miles away? Not quite. Although there is but one sun, as he things, the mode of signifying this nature which exists in only one individual is like that in names signifying natures which are common to many. And so we can think of suns. Why?

Et hoc ideo quia intellectus intelligit naturam cuiuslibet speciei per abstractionem a singulari: unde esse in uno supposito singulari vel in pluribus est praeter intellectum naturae speciei: unde, servato intellectu naturae speciei, potest intelligi ut in pluribus existens.

